

C A P. III.

**C**lericos. Non debet Prælatum clericorum cogere ad concubinam abiurandam; sed eam nolentem dimittere potest excōicāre. h. d. habet tria dicta. Secundū ibi. [Verrū. Tertium ibi. [Et si qui.] Casus literalis. Clerici publicē tenent concubinas. quæ situm est, an deberēt compelli abiurare illas? Rñ. Papa, q̄ non vult illos ad eas dimittendas cōpelli per iuramentum, ne instinctu diabolico incidat in periuriū redeūdo ad eas, sed per suspensionis, & interdiciū sententiā dimittere compellatur, ita q̄ de eis nulla mala suspitio possit haberi; & si ad eas redierint vel alias acceperint, excommunicentur, donec eas dimittant, vt alii eorum exemplo perterriti a similibus arceant. Ber. No. 1. modū, & practicam procedēdi cōtra clericos publicē concubinos. Non. n. debent compelli ad abiurandū concubinas, hoc est ad renunciandū cum iuramento de nō redeūdo, quia de facili possit sequi piuriū, cū durū sit asfuetā relinquere. 34. dist. quorūdā. 23. q. 6. c. fi. † Et ex hoc, & ex tex. no. nunq̄ iurū<sup>a</sup> deferendū illi, contra quē vehemēter p̄sumit de trāsgressione, imō deserēs peccat; q̄a est eā interitus aīe illius. Vide pulchrū tex. cum glo. 22. q. 5. c. ille. q̄d est contra eos, q̄ in iudicio dicūt, iuret aduersari<sup>3</sup>, & bibat sibi hoc iurū, & vehemēter p̄sumit de trāsgressione. Itē ex hoc esset prouidēdū vt pluries dixi, vt scholares<sup>b</sup> non iuraret obedire rectori: quia de facili trāsgrediūtur iurū, & incurrūt piuriū, sed prouidēdū de pena cōtra inobediētes, sicut facit hic Papa. Scđo no. † iudicē debere incipere a suspēsiōe, & interdiciō, & demū venire ad excōicationem, q̄d est cōtra prælatos nri t̄pis, q̄ immediatē, pro qualibet eā fulminant excōicationē, & ex frequētia ducitur in cōtempū. Nā in ecclesia nulla est pena excōicatione maior. 23. q. 3. c. corripit̄ur. Tertio no. ibi, [In aliquos eorū,] † q̄ vbi multi sunt cōcubinariū, non debet iudex oēs suspēdere, seu excōicare, sed incipere a principaliorib. vt alii eorum exemplo perterriti arceantur, pro hoc inf. de cle. excō. mi. in c. latores, quē tex. vide. † Vlt. no. ibi sententiam perpetuā, &c. Quod excōicatio pōt esse p̄petua. Ex quo infero, q̄ licet excōicatus non corrigat se, non tñ tenetur iudex illū absoluerē, sed si efficeretur deterior, & non possit aliter corrigi, tunc debet eum absoluerē, vt no. Io. An. post B. Tho. i. c. i. de sen. exc. li. 6. & hoc no. A D D I T I O. Et de hoc dic, vt habetur plene per ipsum met in c. ab excōicatio, de rescr. in fi. & in c. veniens. il secōdo. de testi. in fi. In gl. in ver. Perpetuam,] ibi, [Donec resipiscant] no. gl. & secundum eam intellige omnia iura loquentia de perpetua excōicatione. Nam excommunicatio debet esse medicinalis, & non debet inferre mortem perpetuam. 2. q. 1. c. multi, & c. cum medicinalis. de sen. tunc. excō. lib. 6. & facit c. ex literis. de const. & gl. in c. ad reprimendā. de offi. ord. & dicitur hic perpetua s̄m Inno. q̄a profertur sine p̄s̄nitione t̄pis, vnde dicitur p̄petua a p̄titudine, q̄a poterit esse perpetua, dum vixerit. Vel pōt exponi s̄m eum, q̄ debet iste deponi ab officio, seu priuari beneficio, & sic perpetuo ponitur extra cōiōnem clericorum, seu beneficii. Nam excommunicatio sonat in separationem, prima tñ expositio est magis consona s̄ra. Abb.

## A D D I T I O N E S.

- a** SEB. S. A. P. † Iuramentum. Per hunc textum dixit Spec. in titu. de iur. cal. S. nunc dicamus, in princ. q̄ in iuramento calumnia debet omitti de non petendis dilationibus frustratorie, quoniam raro esset, quod litigantes non essent periuri. sequitur Abb. in c. 1. col. 4. supra de iuramen. cal. Felyn. in c. 1. circa princ. supra de offi. ordio. Et quod iuramentum de ferri non debeat ei, quem verisimile est deierare, tradit Baldus per illum tex. in lam biguitates. C. de ind. uid. tol.
- b** † Scholares. Scias vnum pulchrū dictū in hac materia, quod ponit Ioā. Andr. in c. relatum. ne cleri. vel mona. quod si in aliqua regula continentur aliqua faciēda sub iuramento, & p̄na peccati, q̄ trāsgrediens regulam non est periurus propter aliam penam, quam incurrit, licet iurauerit, q̄d est bene norandum pro scholaribus, maxime illis, qui sunt in alma, & excel. sapientia noua. Perusina, cuius sum alumnus. nam iurant obseruare constitutiones, in quibus inest p̄na priuationis. nam non obseruans priuat licet raro, vel nunquam, & non erit periurus. Aeneas de Falc.

## S Y M M A R I V M.

- 1** Clerici moniti, vt dimittant concubinas, & non se corrigentes suspenduntur, & deponuntur, & est in optione iudicis. 2.
- 3** Clericus notorie concubinaris, an ipso iure sit suspensus, nulla monitione p̄ambula, & an celebrando efficiatur irregularis?
- 4** Suspensio iuris & suspensio hominis inducunt diuersos effectus.

C A P. IIII.

**S**icut ad extirpanda. † Si clerici moniti concubinas non dimittunt, suspenduntur a beneficiis, & deponuntur si se non corrigunt. h. d. Habet tria dicta, quæ patent in text. ibi [Si vero.] Casus literalis. Clerici de archiepiscopatu Cetaurien. fornicarias tenere solebāt, q̄d D. Papæ notificatū est: quare Papa mādāt Archiepiscopo Centaurien. & eius suffraganeis quatenus clericos illos moneat, vt illas concubinas abiciant a se, & eas vlterius nō admittāt, q̄ si facere contempserint, ab ecclesiis suis eos suspendent vsq̄ ad debitā satisfactionē; & si eos suspensū retinuerint, ab eisdem ecclesiis, perpetuo remoueat. Not. 1. arg. q̄ clerici in minoribus non coguntur per ecclesiam ad concubinas dimittēdas. Sed hoc ar. nō procedit, & iste tex. cōtra in c. fi. autem. infra eo. titu. in c. vt clericorum. sup. tit. 1. sed ideo dicit hic de constitutis in sacris, quia alii nō ita asperre corriguntur. † Secundo no. q̄ clericus ex concubinato nō priuatur beneficio incontinenti, sed primum dēt moneri, secundo suspendi, tertio priuari. Sed contrarium tenuit tex. in c. ex parte Adæ. de test. vbi sine aliqua monitione clericus publicus concubinaris priuat beneficio. ad c. si autē. inf. eo. vbi non fit ista suspensio, sed vide ibi glo. Quare puto, q̄ istud sit arbitrariū, vtrū iudex velit a principio ipsum priuare beneficio, vel prius admonere, vel et suspendere, quia cum iura in hoc varie loquantur, vt patet per hunc totum titulū, optio datur iudici, vt in simili dixi in c. 3. sup. eo. & facit d. c. si autem. in ver. liceat. iuncta gl. & hoc bene no. Nā per hoc reuocet tibi ad concordiam ista iura, q̄ varie loquuntur in mō procedēdi cōtra cōcubinos. licet. n. olim propter scādālū, cū homines essent feruentes in fide, pro simplici fornicatione clericus depo- neret, vt in c. multis. de eta. & qual. hodie autē nō ita asperre proceditur, vt hic, & in c. fraternitatis. 34. dist. poterit ergo iudex s̄m facti circūstantias, & locorum consuetudinem incipere a p̄na mitiori, vel grauiori, reliqua sunt clara. † In gl. super ver. [Suspendatis,] ad fi. ex hac gl. habes unā solutionē, vt concubinaris non notorius, nō ita iure suspēsus, sed notorius sic, siue sit notorius facti euidem- tis, siue per s̄niam. Et no. gl. in eo, q̄ dicit, q̄ notorius nō dē toleratus. Sed cōtra hāc solutionē gl. facit c. 3. sup. eo. vbi loquitur de publico cōcubinario, & mādāt illum suspēdi, ergo non est ipso iure suspensus. circa hoc dantur plures sol. Inn. & Host. 1. posuerūt istā sol. gl. Scđo Inn. posuit istā sol. vt tex. iste procedat et circa minores ordines, sed contraria procedunt quo ad officium sacerdotalē: vult dicere, q̄ publicus concubinaris suspensus est a iure respectu officii sacerdotalis tñ. bñ facit c. vestra. inf. e. ti. Sed ab homine fit suspēsiō ab aliis ordinib. Sed hęc sol. nō placet In no. q̄ iura vñr interdicerē tali executionē cuiuslibet ordinis. 81. dist. c. si q. 82. dist. c. p̄ter. Tertia sol. s̄m eū est, vt loquat in suspectis, sed hęc solutio nō valet p. c. sup. e. Quarta sol. s̄m eū, q̄ a iure cōcubinaris, nō est directē suspensus, se indirectē respectu obiecti, quia p̄cipit aliis, vt nō au diāt diuina a talibus, sed ab hoīe debet suspēdi directē. Vel s̄m eum, licet tales sint suspēsi a iure, nihilominus p̄nt suspēdi ab hoīe iudiciario p̄cedente. † Et ponit tres no. effectus q̄tum ad propositum inter illā suspensionē iuris, & hoīs. Non cōcubinaris suspensus a solo iure, se corrigendo nō indiget absolutione, q̄tum ad hoc, vt alii possint licite audire diuina ab eo, licet ipse celebrare licite nō possit sine dispensatione superioris, ex quo eius crimen non fuit notorium, & no. hoc. Nā in c. venerabili, de sent. excō. sentit, q̄ nulla dispensatio sit necessaria, sed potest dici, vt no. in c. fi. de temp. ord. suspensus vero ab hoīe non recuperat officii suū, q̄uis poeniteat, nisi gratiosē restitua- tur. Ad hoc d. c. venerabili. Secunda d̄tia, quia suspensus a canone, celebrando non efficitur irregularis, secus in suspenso ab hoīe. † 11. q. 3. ca. si quis presbyter. hoc non placet Host. Dicit enim q̄ suspensus a canone celebrādo efficitur

## A D D I T I O.

- a** † Ab homine. Adde vidēdum Oldradum, consi. 86. ubi ponit, an notorius fornicator sit eligibilis, & ibi ponit differentiam inter suspensum ab homine, & suspensum a iure. Ber.
- Z A C.** † Adde q̄ no. in apostil. ad istum in c. q̄ translationē, nu. 2. in ver. nō incurrunt. de tempo. ord. & Phil. Fran. in c. 1. §. Sciturus, & ibi in apo. Cel. in uer. suspensus, de re iud. lib. 6.

Panor. super Tertio Decret.

B 4